RELIGIÖSE SAMMELHANDSCHRIFT

Salzburg, 1457

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mundi nauis / te deuotus postulo /
vt digneris nec moreris / clemens
esse nec deesse in tuo famulo
O res mira / o mors dira in =
decoru fremens ira / vitam / nobis
supra / gens dolosa / mente gloriosa
odiosa clamorosa / mortis tulit
pabula
O Regina lux diuina / o formo =
sa plus quam rosa / pro me quos
cogitat / ora deum serua reum
consolando visitando sensum
meum visita
O dilecte iudex rite sordes necte
corda flecte / poli rector optime /
et respecte vili secte que nos
duxit indirecte / liberator maxime
O beata deo grata / o serena deo
plena / votis meis annue / ne me
tangat neque frangat / hostis
iste et confictus me de malis
erue
O electe rex perfecte / equitate
nos complecte / et correctos efficite /
vt amene cantilene / mei cordis
fructu plene / sit in tuo nomine /
O spes rei templum dei / stella
maris singularis / esto custos anime /
vt vincant et pellant erubes
cant et tabescant hostes meos
comprime Amen /

Ave rosa flos estiue /
o maria lucis viue /
suaue habitaculum / lumen
omnium qui te luxit / lumine vite
quod reduxit in hoc mortem seculum
Aue rosa estiualis / nulla rosa
vmquam talis in hoc mundo splenduit /
vt est notum gabrieli / de te sola
lumen celi homo nasci voluit /
Aue rosa flos vitalis creatura
estiualis felix o prodigium / quod
cum deus fabricaret hoc intendit
vt monstraret grande artificium /
Aue rosa decor tuus / esse pulcre
mundi huius / premit et consulpat /
lege carmis nichil tale / confe =
rendo vel equale mundus generat /
Aue rosa non vulgaris disciplina
puellaris exemplar et regula
Cedrus cedri vinces iura qua
plantauit dei cura flagrans
fumi virgula /
Aue rosa tui scripture alludebant
affuture / predixerunt archa
noe qua signauit qua abyssus
exultauit in sublimi portam /
Aue rosa intus extra creatoris forte
dextra illita bitumine / Nam
bitumen hoc amoris solui nunquam
qua ui terroris patitur ab homine
Aue rosa qua benigne firme
paris ad insigne deus actum
ponit quo inspecto clemens
deus ne periret homo reus par =
cere disposuit /
Aue rosa verum roris te diui
cos amoris tota sit veneratur
vt habeant gemina / eternem sine